# *II*

## *Formulario di Giovanni Carli*

### *(Lugano, sec. XV)*

ASTi, *Brentani.*

*Frammento cartaceo, sec. XV, scrittura gotica notarile, cm. 29,5 x 20,5, composto di due fascicoli separati e susseguentisi, di cc. 21 ciascuno, complessive cc. 41, di cui 40 con numerazione coeva da* 148 *a* 187*, in bianco la* c. 188*. Alcune carte con filigrana* (cc. 148–149, 151, 153–154, 156, 162–163, 165–168, 173, 176–180, 182, 185, 187)*. Il fascicolo è stato rilegato e provvisto di copertina con rivestimento in pergamena in occasione del restauro (1993).*

Trattasi di un frammento di formulario notarile, compilato quasi esclusivamente da una sola mano; solo poche carte alla fine del frammento presentano grafia e inchiostro differenti[1]. Esso doveva far parte di un formulario notarile dalla casisitica molto ampia, se si considera che l'ultima c. del frammento a noi pervenuto porta il numero 187. L'origine del formulario è da collocare nel territorio di Lugano, come ampiamente confermano i riferimenti agli statuti e alle consuetudini della comunità[2] e a istituti civili[3] e religiosi locali[4], mentre solo sporadicamente si fa riferimento al territorio comasco[5] e milanese[6].

Nel frammento a noi pervenuto l'autore del formulario non si dichiara mai espressamente. Abbiamo creduto però di poterlo identificare in Giovanni Carli, di Gerardo, pubblico notaio di Lugano, dall'identità del *signum tabellionatus* premesso al modello di una sottoscrizione notarile[7] con quello da lui apposto nel 1464 nella Matricola dei notai di Lugano[8] e dalla corrispondenza della grafia del formulario con quella della sua sottoscrizione notarile nella Matricola[9] e di tre istrumenti da lui redatti nel 1441, nel 1474 e nel 1476[10]. Un ulteriore indizio circa l'identità dell'autore ci viene ancora dal formulario, in cui il compilatore dice di avere lui stesso in quanto notaio rogato un istrumento e di chiamarsi Giovanni Carli[11].

Sicuramente in età matura egli attese alla compilazione del formulario[12], verosimilmente dopo il 1461, come confermano alcune date[13]. Nel frammento sono contenuti 31 modelli di istrumenti: i titoli e i sottotitoli dei modelli sono evidenziati tutt'intorno da una linea. Per alcune fattispecie, come il testamento[14], le *littere testimoniales* della legalità di un notaio[15] e gli atti conservativi[16], è offerta una scelta di modelli. Le parti teoriche occupano relativamente poco spazio e si trovano concentrate nei modelli che le presentano sotto il titolo *Ioxa* (glossa)[17].

[1] *Cfr.* cc. 186v.–187v.

[2] *Cfr. le* cc. 160v., 165r., 178r. 179v., 180r.

[3] *Cfr. le* cc. 161v., 167v.-170r., *in cui sono ricordati i Sanseverino (1438–1447), signori del Sottoceneri, la* c. 168v., *in cui è ricordato Giovanni Filippo Prestino, nominato officiale della camera per i territori di Lugano e Mendrisio nel 1439 da Biagio Altomonte, capitano di Val Lugano, le* cc. 148r., 165r.–166v., 172r., 172v., 183v., 184r., *in cui è ricordato in generale il vicario della comunità di Val Lugano e in particolare Tomaino Trovamalla, nominato nel 1443* (c. 161v., 171r., 173v.), *le* cc. 164v.-165r.*, in cui sono ricordati gli* abbates*, i notai e la* matricola *dei notai della comunità di Val Lugano, le* cc. 165v., 172v., 178r.–179v., *in cui sono ricordati gli stimatori e il servitore della comunità di Val Lugano.*

4 *Cfr. le* cc. 149r., 153v., 156r., *in cui sono ricordate le chiese di San Lorenzo e di Santa Maria delle Grazie, nonché il convento dei frati francescani, di Lugano.*

5 *Cfr. le* cc. 161r., 170v.–171v.

6 *Cfr. le* cc. 156r., 182r.–183r., 185v.

7 *Cfr. la* c. 180r.

8 *Cfr. le tavole in* Mango-Tomei E., *Le Fonti del Diritto del Cantone Ticino: C. Formulari notarili, Volume I, Aarau 1991 (Fonti del diritto svizzero, sezione XVIII), p. 453, S.T. nr. 4.*

9 *Cfr.* Matricola notariorum comunitatis vallis Lugani (a. 1464–1693), c. 1r. (ASCL, *Fondo del patriziato*).

10 *Cfr.* ASTi, *Pergamene Prada-Camignolo, perg. 9 (1441 dicembre 13), Pergamene Luganese, perg. 10 (1474 gennaio 3), perg. 12 (1476 settembre 2).*

11 *Cfr.* c. 168v.

12 *Egli infatti era stato eletto notaio nel 1435 e si era iscritto di propria mano nella nuova Matricola dei notai di Lugano nel 1464. Cfr. Indice alfabetico dei notai in* Mango-Tomei, *Le fonti, I, p. 421, righe 29–30.*

13 *Cfr. le* cc. 173r. e 166v., *in cui si parla dell'anno 1458 e dell'anno 1461 come* proxime preteriti.

14 *Cfr. le* cc. 148v., 152v.

15 *Cfr. le* cc. 161r.–161v.

16 *Cfr. le* cc. 174v., 175v.

17 *Cfr. le* cc. 149v., 151v.,154v., 157r., 160r., 165r.

[c. 148r.] [Emancipatio][a]

filius legiptimus ut supra pro se valleat et possit contrahere, distrahere, / testari, donare, se et sua bona pigneri obligare et pati se condempnari, / locare et in iuditio stare et alios cuiusvislibet et quomodolibet contractus / et distractus facere, prout et sicut et quemadmodum pater familias / et homo liber ac sui iuris facere potest, capiendo dictus / Bertramus ipsum Iohannem eius filium legiptimum per manus et / dicendo, ego emancipo te a me et a meis vinculis et nexibus / paternis et potestate patria et facio te liberum et tui iuris / sicut homo liber et in libera potestate, in premium vero cuius quidem / emancipationis dictus Bertramus de la Ecclesia dedit et assignavit / suprascripto eius filio legiptimo ut supra infrascripta bona inmobillia inferius / terminata, coherentiata[b] et descripta per contractas[c] et coherentias et omne / pecculium quod penes se habet et in futurum adipisci contingerit, et / predicta omnia et singula acta, facta et cellebrata fuerunt / et sunt coram prefato domino vicario sedente ut supra et / in eius presentia, qui in predictis omnibus et singulis suum et suam / et comunitatis vallis Lugani predicte et pertinentiarum[1] auctoritatem et / decretum interposuit et dedit et dat cum cognitione cause / et ex eius offitio, et exinde de predictis omnibus et singulis rogatum / fuit per me notarium infrascriptum publicum confici debere instrumentum / [d]in laudem viri prudentis. Que bona, de quibus supra / fit mentio, in premium data ut supra sunt hec videlicet. / Actum et cetera, testes et notarii et cetera. /

Si pater suprascriptus non daret aliqua bona inmobillia filio suo suprascripto / in premium emancipationis, sed daret tantum peccuniam, dicat / notarius supra in emancipatione ubi dicit infrascripta bona et cetera, / dicat, libras decem terciolorum vel XXV terciolorum vel centum terciolorum, prout / pater dat, et omne pecc[u]lium quod habet penes se, ut supra fit mentio et cetera. /

[a] *Modello incompleto di* emancipatio.
[b] -a *corretto sopra* -i.
[c] *Così, si intenda* contratas.
[d] *Nel margine sinistro della c. in corrispondenza della riga 21 dell'originale, l'annotazione* ponantur post bona.

[c. 148v.] Testamentum noncupativum

[In] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem et cetera, quia / illud quod potest bonum sortiri effectum semper a quolibet perquiri debet / ut ne in vanum laboret homo, et scriptum est quod ea, que / bono ordine peragunt, optimum sortiuntur effectum, et ideo dum / homo in hoc seculo vivit et recte loqui potest, necesse est / ei illud bonum agere in presenti ut in futurum ad salutem anime sue / possit pervenire, et quia mors et vita in manu dei sunt et / melius sit sub metu mortis vivere quam sub spe vivendi ad / mortem subitaneam pervenire,

idcircho in dei nomine, ser Albertinus / de tali parte filius quondam ser talis, habitans in tali loco, sanus mente / licet languens sit corpore, nolens ab intestato decedere ne / post eius decessum bona sua inordinata relinquat et / remaneant, et ne aliqua lix, questio, discordia vel controversia / oriatur inter suos posteros, parentes proximos et affines occaxione / bonorum suorum, et timens repentinum mortis casum hoc / [a]suum presens testamentum fecit et facere procuravit, / quod quidem vult et iubet quod valleat et valere debeat / et tenere, [et si] iure testamenti noncupativi vallere et tenere / non potest, vult et iubet quod valleat et teneat et vallere / et tenere debeat iure codicillorum, et si iure codicillorum / non valleret neque teneret, vult et iubet quod valeat / et teneat quolibet alio iure quo melius, validius et / efficatius vallere et tenere potest, quia sic decrevit / eius ultima voluntas, videlicet imprimis namque dictus / ser Albertinus testator cassavit, iritavit et anulavit / et cassat, irritat et anullat et pro cassis, irritis / et nullis vult et iubet haberi debere omnia et / singula alia testamenta et alios codicilos per eum hinc / retro facta et condita et factos et conditos, si que reperiantur / [c. 149r.] per eum facta et condita et factos et conditos aliquo modo, et quod nullius / valloris et momenti ac efficatie sint et nullum possint et debeant / effectum sortiri tamquam si non fuissent facta et condita et factos et / conditos, quia sic decrevit eius ultima voluntas. Item statuit, / iudicavit, mandavit, legavit et ordinavit ac iussit et / statuit, iubet, iudicat, mandat, legat et ordinat quod omnia / ablata et male accepta per eum hinc retro quoquo modo et / quacumque ratione, causa et occaxione et contra deum et sanctam matrem / ecclesiam et contra ius et iustitiam, reddantur et restituantur / et reddi et restitui debeant per infrascriptos eius filios et heredes / et utrumque eorum aliis personis, a quibus reperiatur ipsum Albertinum / testatorem aliquid illicite et iniuste habuisse et recipisse ut supra, / et hoc pro remedio anime sue. Item statuit, iussit, iudicavit, / legavit et ordinavit et statuit, iubet, iudicat, legat et ordinat / ecclesie Sancti Laurentii de Lugano[2] libras decem denariorum novorum / semel tantum pro remedio anime sue. Item statuit, iussit, legavit / et ordinavit et statuit, iubet, legat et ordinat quod per infrascriptos eius / filios et heredes et utrumque eorum fiat et fieri debeat elimosina / una de stariis quatuor in pane cocto hinc ad annos decem / proxime futuros, que elimosina dari debeat in predicto loco de / tali parte seu ad ecclesiam sancti et cetera patronalem pauperibus Christi / omni anno in tali die, si poterint, usque ad dictos annos decem / proxime futuros, et hoc pro remedio anime sue. Item statuit, / iussit, iudicavit, legavit et ordinavit et statuit, iubet, / iudicat, legat et ordinat ac iure institutionis relinquid[b] / Iohanine eius testatoris filie legiptime et uxori talis de tali / parte libras duas terciolorum semel tantum, et hoc ultra dotem et bona / pallefrenalia, quam et que habuit ipsa Iohanina a dicto ser Albertino / patre suo testatore ut supra, et pro quibus libris duabus terciolorum dictus ser / Albertinus testator voluit et iussit et vult et iubet ipsam / [c. 149v.] Iohaninam eius filiam stare, esse et debere permanere tacitam et contentam, / et hoc super homnibus[c] et singulis bonis et rebus mobillibus et inmobillibus / presentibus et futuris, que dictus testator relinquet tempore obitus / sui iure tribilianice, falcidie et debite

nature et quolibet alio / iure quo melius, validius et efficatius fieri potest, quia sic decrevit / eius ultima voluntas et pro remedio anime sue. Item statuit, / iudicavit et legavit ut supra Dominice eius uxori libras quinquaginta / denariorum novorum, et hoc ultra eius dotem sibi dandam et solvendam per infrascriptos / eius filios et heredes semel tantum, et hoc pro remedio anime sue. Item / statuit, iudicavit, legavit et ordinavit ut supra quod dicti infrascripti / eius filii et heredes et uterque eorum pro medietate teneantur et / debeant facere seu fieri facere quascumque expensas necessarias / cibi et potus, vestimentorum et calciamentorum Dominice eius / tes[ta]toris uxori et matri dictorum fratrum heredum ut supra quousque / et donec vixerit et vitam vidualem et honestam duxerit, / et hoc de bonis et rebus propriis et expensis tantum ipsorum fratrum, / eorum filiorum et heredum ut infra, ac dampnis et interesse, / et hoc pro remedio anime sue. In omnibus autem aliis bonis et / rebus mobillibus et inmobillibus presentibus et futuris seseque moventibus, / iuribus et nominibus debitorum et creditorum, que dictus ser Albertinus / testato[r] habet et tempore obitus sui relinquet quoquo modo et / quacumque ratione, causa et occaxione, ipse ser Albertinus testator / ut supra instituit et ordinavit et instituit et ordinat sibi / heredes universales Iohannem et Iacobum fratres, eius filios legiptimos / et naturales, insolidum, videlicet utrumque eorum pro medietate, quos / suo ore proprio nominavit et nominat et invocavit et invocat, / et exinde de predictis omnibus et singulis rogatum fuit per me notarium / infrascriptum publicum confici debere instrumentum in laudem viri prudentis. / [d]Actum et cetera, testes et notarii et cetera. /

Ioxa[e] /

[c. 150r.] Si vero testator voluerit facere testamentum inrevocabile, dicat sic ante / imprimis videlicet, volens hoc suum presens testamentum esse suum ultimum velle / et suam ultimam voluntatem et non posse nec debere per aliquod / aliud eius testamentum vel codicilum vel aliam eius ultimam / voluntatem nec alio modo revocari nec anullari. /

Si vero voluerit testator iurare non revocare, dicatur sic ibidem post / predicta verba videlicet, et sic dictus testator iuravit et iurat corporaliter et cetera / se predicta et omnia et singula[f] in hoc testamento contenta perpetuo rata et cetera / habere et cetera, et hoc presens testamentum nullo modo nullaque causa nec occaxione nec / ullo unquam tempore revocare. /

Si vero testator voluerit apponere aliqua verba de quibus vellit fieri spitialis / mentio per eum, casu quo in alio testamento vellet presens testamentum revocare, / dicat ante videlicet primum capitulum, sic volens ac iurans ibidem corporaliter / et cetera ipse testator suum presens testamentum esse suum ultimum velle et suam / ultimam voluntatem et non posse nec velle ul[l]o tempore aliquo modo revocari / nec anullari nisi in eo instrumento revocationis sive alter testamentum / expresse describantur, et aponant infrascripta verba formalia de verbo ad verbum / et de ipsis infrascriptis verbis fiat spitialis mentio in ipsa revocatione,